

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82**

**Landsberg, Johannes Justus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Caput 20mum

[urn:nbn:de:bsz:31-108793](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108793)

Deus quaesivisti, et reduxisti me. O quoties  
descendi usq. ad portas inferni, sed ne illuc cū  
multis aliis intrare, tu me tenuisti. Heu  
de te vix unquam cogitabam; tu vero inces-  
santer curam mei gerebas. Multiplicabam nu-  
merum delictorum meorum, et tu mihi prae-  
parabas abundantiam gratiarum tuarū. Red-  
debam mala pro bonis tuis. Tu vero non desine-  
bas reddere bona pro malis meis. Millies itaq.  
merui infernum; et millies, si ita loqui fas  
est, vis mihi dare coelum. Verē miseriordia  
tua magna est Super me. Heu cor meum  
ferreum sit oportet, si ~~iam~~ <sup>iam</sup> ad tui amore  
non moveatur. Ah tuum sit totum id quod  
vivo, et totus totum me tibi offero. To-  
tus spiritus, totum cor, totum corpus, tota  
vita mea ~~et~~ vivat tibi, vita mea dulcis,  
quoniam totum me liberasti ut totum me  
possideres. Diligam te igitur. Dne virtus  
mea; diligam te ineffabilis exultatio  
mea, et vivam iam non mihi, sed tibi soli.

S. August.  
Solut. c. 18.

Caput 20.<sup>mum</sup>  
Aspirationes ad Deum ob eius  
potentiam.

Esth. 13.  
1. Domine Deus tu fecisti coelum et terram,  
et quidquid coeli ambitu continetur, à te sua ori-  
ginem proficetur. A te omnia dulcia trahunt  
sua dulcedinem, omnia amoena sua amoena

Quod est deus, sed non mensuris in quantum est, mensuris  
Sed in deo est mensura, et non in seipso.



tem, omnia pulchra tua pulchritudine,  
 omnia iucunda suam iucunditatem, om-  
 nia serena suam serenitatem; omnia vi-  
 ventia vitam suam omnia intelligentia  
 suam notitiam, omnia perfecta suam  
 perfectionem, omnia demum qualicunq;  
 modo bona suam bonitatem: Verbo in te, <sup>† qua sunt in coe-</sup>  
 per te, et à te sunt cuncta res, <sup>† tu regis</sup>  
 universa, tu operaris omnia. . . . . <sup>† et in terris.</sup>  
 Ecquis ob-  
 scuro Domine ad te accedere non festinet.  
 quis tibi perpetuo adherere non concupis-  
 cat, ut de bonis tuis ditekcat. Tu enim  
 solus sufficit desideria cordis implere, et  
 à te solo quaecunq; videntur bona, sunt  
 expectanda. † Bonum mihi adherere Deo,  
et ponere in Domino Deo spem meam. Do-  
 mine Deus non dimittam te, donec benedi-  
 xeris mihi, donec impleantur desideria cor-  
 dis mei, et de abundantia bonitatis tuae re-  
 pleatur anima mea.  
 2 Ecce Domine Deus sicut in manu tua  
 sunt omnes fines terra, sic in manibus tuis  
 sunt sortes meae. Potens es Domine à  
 cunctis me liberare malis, potens es om-  
 nibus meis me beare votis: Equid à  
 te sperare possim, quod prestare nequeas.  
nunquid non apud Deum omnia possibilìa  
sunt? Tu enim o Domine Deus meus

Math. 19.



Auxilium praebere  
Sperantibus in te;

7 diligentibus te.

per te ipsum potes dare, et agere non solum  
id, quod omnis intellectus concipere <sup>sufficit</sup>, sed etiam  
omne illud, quod tua infinita sapientia co-  
gitare valet, cum in te tanta et talis sit  
potentia, quae <sup>est</sup> et qualis sapientia, quia u-  
traque infinita. O Deus Deus meus semper  
potens, semper volens ~~indicare~~, semper potens  
semper volens bona tua communicare ~~mihi~~  
me totum <sup>tibi</sup> commendo o tota fiducia mea, li-  
bi me totum offero o spes mea certissima,  
in te me totum proicio, o salus mea unica.  
Ah transfige medullas anima mea dulcissimo  
amoris tui celo, perfunde omnia intima mea  
ignea charitate, ut vulneratus a te salubriter  
Languescam, et in te veluti deficiam

3. Potentissime Domine rex coeli et terra  
prov. 8. bene dixisti: Per me reges regnant, et legum  
conditores iusta decernunt: per me principes  
imperant et potentes decernunt iustitiam;  
Esth. 13. in ditione enim tua cuncta sunt posita nec  
est, qui possit resistere tuae voluntati. Certè  
tua potentia attingit à fine usq; ad finem for-  
titer, et disponit omnia suaviter: verbo tu fa-  
cis mirabilia magna solus; et ideo tanto es  
amabilior <sup>et animal nati</sup>, quanto mirabilior est. Ah te invoco,  
exaudi, exaudi me Domine Deus meus, te  
invoco: Osterde in me potentiam tuam, et

3. <sup>in tua virtute.</sup>  
4 in tua virtute.



38  
die: fiat lux, et fiet in anima mea  
lux, qua cognoscam te, et illustratus  
toto corde te diligam. O Deus effice,  
obsecro, ut spiritus meus frigidus, ac  
torpens totus incalescat. Suscipe, et posui  
de me totum, o dulce solatium anima  
mea.

Caput 21<sup>mum</sup>

Aspirationes ad Deum ob  
eius opulentiam.

1. Domine Deus dixisti: mecum sunt di- prov. 8.  
vitiæ, et gloria, opes superba; melior est  
enim fructus meus auro et lapide pretio-  
so. In viis justitiæ ambulo, ut ditem dili-  
genter, et thesauros eorum repleam. O  
altitudo divitiarum Dei, quis eam comprehen-  
dere potest? quis eam enarrare sufficit?  
O divitiæ! o opes, quæ exsuperatis omnem  
sensum, quis det mihi, ut dignè promem,  
quod de vobis sentio. Domine Deus meus  
secum sunt divitiæ, gloria et opes, nempe  
secum sunt immensa, et infinita bona; cum Summa,  
enim sic immensus et infinitus necesse est,  
ut et ea, quæ sunt in te, sint sine numero  
et mensura. Deus meus cur non iam accedo  
ad te, cum in te sint recondita omnia, quæ